



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

47. Vtrum idiota legens librum hæreticum Latina lingua compositum, quam ipse nullo modo intelligit, incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & per Cruciatam sit absolvendus? Ex p. 1. tract. 11. res. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

RESOL. XLVI.

An qui legit librum Authoris Catholicæ, sed cum scholiis, & commentariis hæreticorum tam copiosis, ut liber potius ex illis, quam ex textu constare censetur, incidat in excommunicationem Bullæ Cænae, & per Cruciatam sit absolvendus? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 2.

Affirmatiuam sententiam docuit P. Suarez in 3. p. tom. 5. disp. 21. sect. 2. numero 10. Sed nimis superflue in hoc loquitur, & idcirco non sequendus: unde merito illum reprobant Soufa in expos. Bul. Cæna. cap. 7. disp. 3. concl. 3. num. 7. & alij: nam reuera liber Authoris Catholicæ, licet commentarios copiosos alicuius hæretici habeat, semper nuncupatur liber Authoris Catholicæ, a quo in lucem editus est; & non licet hæretici commentantur.

RESOL. XLVII.

Item idcirco legens librum hæreticum Latina lingua complicitus, quam ipse nullo modo intelligit, incidat in excommunicationem Bullæ Cænae, ut per Cruciatam sit absolvendus? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 30.

Affirmatiue respondet Megala in 3. p. lib. 3. c. 1. num. 35. quia Bulla non spectat finem, sed factum ipsum.

2. Negatiue sententiam docet Sanch. in sum. tom. 1. lib. 2. c. 1. num. 51. quia hic casus a principio non fuit inclusus in leg. Laurentius verò Portel in addit. ad dub. regul. trib. lib. prohibiti, n. 11. non audeat hoc confulere: sed addit, quòd si quis fecerit, habebit Authorem Sanchez; in quibus verbis demonstrat, hanc sententiam esse probabilem, sicut reuera probabilissima est, & tuta in praxi; & illam, præter Sanchez, docet etiam Filicenus tom. 2. tract. 22. cap. 7. n. 207. & Suarez tract. de fide, disp. 20. sect. 2. n. 18. vbi sic asserit: [In primis, circa qualitatem necessarium est, vt non tantum sit exterior lectio, sed cum intelligentia verborum; nam, si quis ignorans prorsus linguam Latinam, vel eam, in qua libri scriptus est, illum legat; non incurrat censuram, nec per se loquendo, mortaliter peccabit; quia illa non est formalis, nec vera lectio; sed tantum materialis; & præterea ibi cessat ratio legis; quia neque periculum inde imminet; nec est communicatio cum hæretico in doctrina; & in hoc omnes conueniunt.] Ita Suarez. Vnde negandum est id, quod dicit Megala, nempe, Bullam non spectare finem, sed factum.

RESOL. XLVIII.

An qui legit librum hæreticum in Gallia, Anglia, & alijs Provinciis, vbi Bulla Cæna non est recepta, incidat, hoc non obstante, in excommunicationem, & egeat Bulla Cruciatæ propter absolutionem? Ex p. 1. tr. 11. Ref. 35.

Affirmatiue respondet Megala in 3. p. lib. 3. c. 1. num. 60.

2. Contrariu docet Sanch. in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 10. n. 4. qui citat Azorium: & contra rationem Megale vide Becanum in sum. Theol. tract. 3. cap. 6. g. 8. n. 4. n. 5. vbi docet ex communi Doctorum sententia, in Germania exculari multos, & non incidere in excommunicationem Bullæ Cænae, quia in multis locis vsu recepta non est.

Tom. IV.

RESOL. XLIX.

An quis per Bullam Cruciatæ possit absolui à reservatis, & censuris, non solum antea, sed etiam post ipsius suspensionem incursum?

Idem queritur de commutatione, vel dispensatione votorum.

Et an quis virtute Bullæ possit ex libito ab vno Confessario absolutionem à reservatis obtinere, & ab alio postea votorum commutationem?

Et hæc omnia procedunt etiam tempore Iubilei. Ex p. 1. tr. 11. Ref. 17.

Respondeo affirmatiue, quidquid asserat Sotus de iust. lib. 8. q. 4. art. 9. cum alijs. Et ita aduersus illum docent decem Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 53. num. 26. quibus ego addo Leonem tract. de Iubil. p. 1. q. 8. n. 11. Fioron. de cas. referu. p. 1. cap. 4. §. 3. n. 22. Sanctarellum tract. de Iubil. cap. 8. dub. 9. qui citat quatuordecim Doctores pro hac sententia, Fernand. in exam. Theol. mor. p. 3. c. 9. §. 17. sect. 2. n. 3. Bonac. de leg. disp. 4. quest. 2. punct. 6. §. 3. n. 12. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 1. n. 6. Ledesimam in sum. tom. 1. tract. de Pæn. c. 13. concl. 1. dub. 6. Barthol. à S. Faustio in thes. Relig. lib. 4. q. 50. n. 2. Molfes. in sum. tom. 1. tr. 11. c. 15. n. 204 & alios. Et ratio est: quia verba Bullæ sunt generalia: ergo non sunt restringenda ad peccata, seu vota emissã ante, & non post publicationem Bullæ, vt etiam in Iubileo asserunt DD. & verba indefinite, & generaliter expressa in privilegijs extenduntur ad futura, vt notat Glossa in cap. quia circa de privileg. Cæteras rationes vide apud citatos Doctores.

2. Notandum est verò, supradictam doctrinam non solum procedere quoad commutationem votorum: sed etiam quoad dispensationem, contra Lopez, Rodriq. & Sotum: quia vt bene notat Henriq. in sum. lib. 7. cap. 30. n. 5. cum Suarez, & Sanch. vbi sup. n. 28. eadem est ratio, quoad hoc, inter potestatem dispensandi, & commutandi. Notandum est etiam, quòd quis virtute Bullæ potest ex libito ab vno Confessario absolutionem à reservatis, & censuris obtinere, & ab alio postea votorum commutationem. Ita Faustus vbi supra, n. 4. Et hæc omnia procedunt etiam tempore Iubilei: nam eadem est ratio, vt de Bulla,

Sup. hoc magis late inf. in Ref. 73. & pro vtroque scilicet Iubileo, & Cruciatæ in tr. 3. tr. 2. Ref. 72. §. 114

Sup. hoc notandum inf. in tr. 4. Ref. 23.

RESOL. L.

Qui per Bullam, seu virtute Iubilei elegit Confessarium, & facit cum illo confessionem inuaidam, & irritam, vel ex defectu doloris, seu examinis, vel ex alio capite obtinendo absolutionem à reservatis, queritur, an aucta peccata non sint amplius reservata, ita vt postea possit à quocumque Confessario ab illis absolui?

Et docetur, quòd si aliquis Prælati tribuit facultatem in aliqua Festiuitate absolucndi à reservatis si aliquis Religiosus efficeret confessionem irritam, & reservata confiteatur; postea à quocumque Confessario possit absolutionem obtinere.

Etianque insertur, quòd qui virtute Bullæ Cruciatæ confiteatur casus Episcopales scilicet, & sine contritione, postea potest à quocumque Confessario etiam sine Bulla absolutionem obtinere? Ex part. 1. tract. 11. Ref. 18.

Negatiue respondet Ledesima in summ. tom. 1. tract. de Pæn. cap. 13. concl. 2. dub. 7. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 1. num. 16. qui citat Acoftam in explic. Bul. quest. 45. quando, videlicet, poenit

Sup. hoc in Ref. seq. & in to. 1. tr. 5. Ref. 19. & citat Acoftam in explic. Bul. quest. 45. quando, videlicet, 30. à lra. 5.